M0012532: Pages from Monochordon symbolico-biomanticum, 1641

Publication/Creation

May 1952

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/gxx3r9re

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org


PARAPHRASIS 54 nulla externa causa immutati retineant. Hocfiat si non in longo otio sit verfatus, nec recens exercitatus, nec vero etiam diu jejunaverit, vel modo comederit. Aer præterea temperatus sit, oportet, ipseque omnibus liber animi affectibus & tranquillissimam mentem habeat, postea investiganda sunt corporis vitiosæ constitutiones: tumque primum earum recensebis differentias: deinde quos in illis excessus repereris, atque defectus hos ad Moderatam & optimam confer. Jamque cum animo reputabis primum quantum oporteat istarum naturarum pulsus distidere ab optimæ pulsu, deinde ipsa experientia rationem hanc, si constet veritati explorabis. Quod cum subinde feceris, & longo usu rationem excitaveris, & taclum, tum putabis demum certo te Moderatum tenere in omni genere pulsuum, illosque etiam qui aliquo modo ultra hunc funt, & citra. Et post pauca; Qui ergo ante intellexit naturam optimam corporis nostri cognoscendam. esse, huj9 sciat pulsum esse inter omnes alios medium. Et veluti mensuram quandam regulamque in omnibus lucubrationibus de pulsibus hunc Moderatum

Quarta.

55

6 medium à nobis meminerit appellari, cum quo ubi alios omnes comparamus celeres, tardos, magnos, parvos dicimus esse. At pulsum moderatæ naturæ & undiquaque optimæ, non recte vocaveris, magnum, parvum, celerem, tardum; nec etiam durum vel mollem, nec quoq; alio nomine, quod immoderationem interpretetur.

Ex hac Magistri Regula cum tactu Musico sub initium hujus paraphrase-os memorato, secundum soni characterem, musicum Moderati pulsus sequens delineatio ad amuslim correspondebit.



Cum enim tactus uti edoctum, depressionem & elevationem exhibens ipsam Systolen, & Diastolen arteriarum repræsentet, Ex notis musicis adnotatæ, intermediæ siquidem paraphrasis antecedens ostendit, harum 2. æquipollere semibrevi, 4.brevi, 8.longæ, &c.

Non igitur ad Medium seu natura-

E 3 lem